

De tribus diebus

PL 176,

811c

(I) *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Tria sunt invisibilia Dei, potentia, sapientia, benignitas. Ab his tribus procedunt omnia, in his tribus consistunt omnia, et per haec tria reguntur omnia. Potentia creat, sapientia gubernat, benignitas conservat. Quae tamen tria sicut in Deo ineffabiliter unum sunt, ita in operatione omnino separari non possunt. Potentia per benignitatem sapienter creat. Sapientia per potentiam benigne gubernat. Benignitas per sapientiam potenter conservat. Potentiam manifestat creaturarum immensitas, sapientiam decor, benignitatem utilitas.*

811d

812c

Immensitas creaturarum in multitudine et magnitudine. Multitudo in similibus, in diversis, in permistis. Magnitudo in mole et spatio. Moles in massa et pondere. Spatium est in longo, et lato, et profundo, et alto.

Decor creaturarum est in situ, et motu, et specie, et qualitate. Situs est in compositione et ordine. Ordo est in loco, et tempore, et proprietate. Motus est quadripartitus, localis, naturalis, animalis, rationalis. Localis est ante et retro, dextrorsum et sinistrorsum, sursum, et deorsum, et circum. Naturalis est in cremento et decremento. Animalis est in sensibus et appetitibus. Rationalis est in factis et consiliis. Species est forma visibilis, quae oculo discernitur, sicut colores et figurae corporum. Qualitas est proprietas interior, quae caeteris sensibus percipitur, ut melos in sono auditu aurium, dulcor in sapore gustu faucium, fragrantia in odore olfactu narium, lenitas in corpore tactu manuum.

O třech dnech¹

A. Nezměrnost, krása a užitečnost stvoření jako cesta k moci, moudrosti a dobrotivosti tvůrce

1. Rozvrh zkoumání

(I) „Neboť jeho neviditelné [vlastnosti] je od počátku světa možno spatřit, přemýšlíme-li o tom, co bylo stvořeno“ (Ř 1,20).² Boží neviditelné [vlastnosti] jsou tři: moc, moudrost a dobrotivost. Z těchto tří všechno vychází, v těchto třech všechno spočívá a těmito třemi je vše řízeno. Moc tvoří, moudrost řídí a dobrotivost uchovává. Tyto tři jsou v Bohu nevytvěditelným způsobem jedno, a ani v jejich působení je nelze oddělit. Moc skrze dobrotivost moudře tvoří. Moudrost skrze moc dobrotivě řídí. Dobrotivost skrze moudrost mocně uchovává. Moc se ukazuje v nezměrnosti stvoření, moudrost v kráse, dobrotivost v užitečnosti.³

Nezměrnost stvoření spočívá v jeho množství a velikosti. Množství zahrnuje věci podobné, rozdílné a smíšené. Velikost zahrnuje hmotnost a prostornost. Hmotnost spočívá v objemu a tíži. Prostornost spočívá v délce, šíři, hloubce a výšce.

Krásu stvoření spočívá ve výstavbě, pohybu, vzhledu a jakosti. Výstavba zahrnuje kompozici a uspořádání. Uspořádání se týká místa, času a svérázu. Pohyb je čtverý: místní, přirozený, živočišný a racionální. Místní se pohybuje dopředu a dozadu, doprava a doleva, nahoru a dolů a kolem dokola. Přirozený pohyb spočívá v růstu a úbytku. Živočišný pohyb se týká smyslů a pudů. Racionální pohyb zahrnuje jednání a usuzování. Vzhled je viditelná forma, kterou rozeznává oko, jako např. barvy a tvary těles. Jakost je vnitřní vlastnost přístupná ostatním smyslům, např. zpěvnost zvuku přístupná sluchu uší, sladkost chuti přístupná čidlu úst, lahodnost vůně přístupná čichu nosu, hebkost těla přístupná hmatu rukou.

813a Utilitas creaturarum constat in grato, et apto, et commodo, et necessario. Gratum est quod placet, aptum quod convenit, commodum quod prodest, necessarium sine quo quid esse non potest.

Nunc propositas partitiones a principio repetamus; et in unoquoque divisionis genere qualiter vel ex immensitate creaturarum Creatoris manifestetur potentia, vel ex decore sapientia, vel ex utilitate benignitas, perquiramus. Et quia immensitas prima fuit in partitione, prima esse debet in prosecutione.

(II) Diligenter igitur audite et considerate quæ dicturus sum.

813b Quando nihil erat facere, ut aliquid esset, qualis potentia erat? Quis sensus potest comprehendere, quæ virtus sit de nihilo, etiam unum aliquid facere, quamvis exiguum.

Si ergo unum aliquid, quamlibet parvum, de nihilo facere tanta potentia est, ut comprehendi non possit, quanta existimanda est potentia tam multa facere? Quam multa? Quot sunt? Numera stellas cœli, arenam maris, pulverem terræ, guttas pluvie, pennas volucrum, squammas piscium, pilos animalium, gramina camporum, folia sive fructus arborum, et cæterorum innumerabilium innumerabilia numera. Innumerabilia in similibus, innumerabilia in diversis, innumerabilia in permistis.

813c Quæ sunt similia? Quæ sub eodem genere continentur, ut homo unus et alter, leo unus et alter, aquila una et altera, honoruscopa una et altera; hæc singula et cætera talia in suis generibus similia sunt. Quæ sunt diversa? Quæ dissimilibus differentiis informantur, ut homo et leo, leo et aquila, aquila et honoruscopa; hæc invicem diversa sunt. Quæ sunt permista? Omnia simul considerata.

Quomodo ergo in similibus infinita? Quomodo in diversis infinita? Quomodo in permistis infinita? Audi. Homo unum genus est, sed unus homo non est. Quis eos numerare potest? Leo unum genus est, sed unus leo non est. Quis eos numerare potest? Aquila unum genus est, sed aquila una non est. Quis eas numerare potest? Et ita in cæteris innumerabilibus innumerabilium rerum generibus, infinita

813d rerum genera, et in singulis generibus infinita similia. Simul vero omnia infinita innumerabilia.

Užitečnost stvoření je odstupňována v půvabné, ladné, příjemné a nezbytné. Půvabné je to, co se líbí, ladné, co se hodí, pohodlné, co prospívá, nezbytné, bez čeho něco nemůže být.

Nyní navržená členění⁴ zopakujeme od začátku a u každého jednotlivého rodu těchto dělení prozkoumáme, jak se v nezměrnosti stvoření ukazuje moc tvůrce, v kráse jeho moudrost, v užitečnosti a obrotivost. A protože nezměrnost byla první v našem členění, má být první i v našem zkoumání.

2. O nezměrnosti

(II) Poslouchejte tedy pozorně a uvažte, co chci říci. Jaká to jen byla moc, učinit, aby něco bylo, když nebylo nic? Čí smysl je schopný postihnout, jaká je to síla, učinit něco z ničeho, byť jedinou věc, jakkoli nepatrnou?⁵

2.1 O množství Jestliže tedy již učinit jednu jakkoli malou věc z ničeho je taková moc, že ji nelze ani postihnout, jaká musí být moc, učinit tak mnoho věcí? Jak mnoho? Kolik jich je? Spočítej hvězdy na nebi, mořský písek, prach země, kapky deště, peří ptáků, šupiny ryb, chlupy zvířat, byliny na polích, listy či plody stromů a nesčetné množství bezpočtu dalších stvořených věcí! Bezpočet jich je podobných, bezpočet rozdílných, bezpočet smíšených.

Které jsou podobné? Ty, jež náležejí k témuž rodu, jako např. dva lidé, dva lvi, dva orli, dva nebehledi.⁶ Tito a další takoví tvorové jsou si v rámci svých rodů podobní. Kteří jsou rozdílní? Ti, kteří jsou určeni nestejnými rodovými odlišnostmi, jako člověk a lev, lev a orel, orel a nebehled. Tito tvorové jsou navzájem rozdílní. A kteří jsou smíšení? Všichni dohromady.

Jak je jich tedy nekonečně mnoho podobných? Jak je jich nekonečně mnoho rozdílných? Jak je jich nekonečně mnoho smíšených? Poslouchej. Člověk je sice jediný rod, ale není jen jeden člověk. Kdo by je mohl spočítat? Lev je sice jediný rod, není však jen jeden lev. Kdo by je mohl spočítat? Orel je sice jediný rod, ale není jen jeden orel. Kdo by je mohl spočítat?⁷ A stejně je i v bezpočtu ostatních rodů nesčetného množství věcí nekonečně mnoho rodů a v jednotlivých rodech nekonečně mnoho podobných věcí, všech dohromady pak nekonečně a nesčetně mnoho.⁸

(III) Sed fortassis qui tot fecit, parva fecit, multa simul et magna facere non potuit. Quanta tamen? Metire moles montium, tractus fluminum, spatia camporum, altitudinem cœli, profunditatem abyssi. Miraris, quia deficiis; sed melius deficiendo miraris.

Meditantibus de creaturarum immensitate, quasi seminarium quoddam jecimus; nunc ad contemplandam earum pulchritudinem transeamus.

(IV) Quamvis multis ac variis modis creaturarum pulchritudo perfecta sit, quatuor tamen præcipue sunt, in quibus earumdem decor
814a consistit. Hoc est in situ, in motu, in specie, in qualitate. Quæ quidem si quis investigare sufficeret, mirabilem in eis sapientiæ Dei lucem inveniret. Et hoc utinam ego tam possem subtiliter perspicere, tam competenter enarrare, quam possum ardentem diligere. Delectat enim me quia valde dulce et jucundum est de his rebus frequenter agere, ubi simul et ratione eruditur sensus, et suavitate delectatur animus, et æmulatione excitatur affectus, ita ut cum Psalmista stupeamus, et admirantes clamemus: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti*; et alibi: *Delectasti me in factura tua, et in operibus manuum tuarum exsultabo. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir*
814b *insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget hæc.*

Universus enim mundus iste sensibilis quasi quidam liber est scriptus digito Dei, hoc est virtute divina creatus, et singulæ creaturæ quasi figuræ quædam sunt non humano placito inventæ, sed divino arbitrio institutæ ad manifestandam invisibilem Dei sapientiam. Quemadmodum autem si illiteratus quis apertum librum videat, figuras aspicit, litteras non cognoscit, ita stultus et *animalis homo*, qui *non percipit ea quæ Dei sunt*, in visibilibus istis creaturis foris videt speciem, sed intus non intelligit rationem. Qui autem spiritualis est et omnia dijudicare potest, in eo quidem quod foris considerat pulchritudinem operis, intus concipit quam miranda sit sapientia
814c Creatoris. Et ideo nemo est cui opera Dei mirabilia non sint, dum insipiens in eis solam miratur speciem; sapiens autem per id quod foris videt, profundam miratur divinæ sapientiæ cogitationem, velut

2.2 *O velikosti* (III) Snad ale, kdo vytvořil tak mnoho, vytvořil jen malé věci, protože nemohl vytvořit mnoho a zároveň velkých věcí. Jak velkých? Změř hmotu hor, délku řek, rozlehlost polí, výšku nebe, hloubku propasti! Budeš se divit, že na to nestačíš, či spíše nebudeš na to stačit a to tě přivede k údivu.⁹

Pro ty, kdo meditují o nezměrnosti stvoření, jsme jakoby zaseli určitou setbu. Nyní přejdeme ke kontemplaci jeho krásy.

3. O kráse

(IV) Stvořené věci jsou sice ve vícerém a rozmanitém smyslu dokonale krásné, především však jejich krása¹⁰ spočívá ve čtyřech [ohledech]: totiž ve výstavbě, pohybu, vzhledu a jakosti. Kdyby je někdo dokázal prozkoumat, našel by v nich podivuhodné světlo Boží moudrosti. Kéž bych je dovedl tak jemně proniknout a tak náležitě vyjádřit, jak vroucně je dokážu milovat! Působí mi to potěšení, neboť je velmi příjemné a oblažující se těmito věcmi často zaobírat; rozum přitom vzdělává smysly, lahodnost těší ducha a horlivost probouzí cit, takže s žalmistou zasneme a v údivu voláme: „Jak velebná jsou tvá díla, Pane! Všechno jsi stvořil moudře“ (Ž 103,24 V). A jinde: „Potěšil jsi mě svým stvořením, budu se radovat z díla tvých rukou. Jak velebná jsou tvá díla, Pane! Tvé myšlenky jsou nesmírně hluboké. Pošetilec to však nepozná a hlupák to nepochopí“ (Ž 91,5–7 V).

Celý tento smyslový svět je totiž jakoby kniha napsaná Božím prstem, tj. stvořená božskou mocí, a jednotliví tvorové jsou jako tvary [písmen], které nevynalezl člověk podle své libosti, ale ustanovilo je božské rozhodnutí, aby ukazovaly¹¹ neviditelnou Boží moudrost. Jako když člověk, který neumí číst, vidí otevřenou knihu a dívá se na tvary [písmen], jenže písmena nezná, tak i hloupý a živočišný člověk, který nemá porozumění pro Boží věci, vidí vzhled viditelného stvoření kolem sebe, ale nechápe uvnitř v sobě jeho smysl.¹² Duchovní člověk však, který dokáže všechno rozlišovat (srv. 1 K 2,14–15 V), když pozoruje krásu díla, kterou má kolem sebe, chápe sám v sobě, jak obdivuhodná je moudrost tvůrce. A tak není nikdo, kdo by neobdivoval Boží dílo. Pošetilec však obdivuje pouze jeho vzhled, kdežto moudrý na základě toho, co vidí kolem sebe, obdi-

si in una eademque scriptura alter colorem seu formationem figurarum commendat, alter vero laudet sensum et significationem.

Bonum ergo est assidue contemplari et admirari opera divina, sed ei qui rerum corporalium pulchritudinem in usum novit vertere spiritualem. Nam et ideo Scriptura tantopere nos ad consideranda mirabilia Dei excitat, ut per ea quae foris cernimus intus ad agnitionem veritatis veniamus. Unde Psalmista, quasi pro magno aliquo se jam et hoc fecisse commemorat, et adhuc facturum promittit, 814d *dicens: Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis exercebor.* Hinc est etiam quod quibusdam ignorantibus Creatorem suum, et cultum Deo debitum idolis exhibentibus in Isaia dicitur: *Quis mensus est pugillo aquas, et caelos palmo ponderavit? Quis appendit tribus digitis molem terrae, et libravit in pondere montes, et colles in statera? Qui sedet super gyrum terrae, et habitatores ejus sunt sicut locustae. Qui extendit velut nihilum caelos, et expandit eos sicut tabernaculum.* Et Psalmista iterum in quodam loco cum argueret idolorum cultores, ait: *Omnes dii gentium daemonia; Dominus autem caelos fecit.* Quid est ergo putatis, quod in assertionem verae divinitatis opera Dei ita in 815a medium deducuntur, et dicitur: *Dominus autem caelos fecit, nisi quia creatura recte considerata homini Creatorem suum ostendit? Consideremus et nos quanta sint mirabilia Dei, et per pulchritudinem rerum conditarum quaeramus pulchrum illud, pulchrorum omnium pulcherrimum; quod tam mirabile et ineffabile est, ut ad ipsum omnis pulchritudo transitoria, etsi vera sit, comparabilis esse non possit.*

Et quia superius omnem pulchritudinem visibilium in quatuor constare diximus, nunc ordine per singula currentes, qualiter ex ipsis invisibilis Dei sapientia clarescat videamus. Scio quidem quod minus erit quidquid dixerimus, sed tamen decens non est ut ideo omnino taceamus, ibi praecipue, ubi si fieri posset, maxime decenter loqui 815b deberemus. Quatuor diximus, situm, motum, speciem et qualitatem. Primum ergo primo discutiamus.

Situs est in compositione et ordine, id est in compositione et dispositione.

vuje, jak hluboké jsou myšlenky Boží moudrosti. Právě tak, jako když u téhož spisu jeden oceňuje barvy a provedení tvarů [písmen], druhý však chválí smysl a význam.

Je tedy dobré ustavičně pozorovat a obdivovat božské dílo, avšak [zejména] pro toho, kdo z krásy tělesných věcí dokáže mít duchovní užitek. Neboť Písmo nás tak naléhavě zve k pozorování Božích divů, abychom na základě toho, co vidíme kolem sebe, dospěli sami v sobě k poznání pravdy. Proto žalmista jako něco důležitého připomíná, že tak již činil, a slibuje to i pro budoucnost: „Rozpomněl jsem se na starodávne dny, přemýšlel jsem o všech tvých dílech“ (Ž 142,5 V), „a budu se cvičit tím, cos vynalezl“ (Ž 76,13 V). A také u Izajáše se říká těm, kdo neznají svého tvůrce a kdo úctu, která mu náleží, vzdávají modlám: „Kdo svou hrstí poměřil vodstva a dlaní změřil nebesa? Kdo uchopil třemi prsty hmotu země a zvážil hory na vahadlech, pahorky na vážkách? Ten, který trůní nad obzorem země a její obyvatelé jsou jako kobylinky. Kdo roztáhl nebesa jakoby nic a vypnul je jako stan“ (Iz 40,12.22 V). A opět žalmista na jiném místě, když usvědčuje ctitele model: „Všichni pohanští bohové jsou démoni. Hospodin však stvořil nebesa“ (Ž 95,5 V). Proč myslíte, že se na potvrzení pravého božství uvádějí Boží díla a je řečeno: „Hospodin však stvořil nebesa“ než proto, že když člověk náležitě pozoruje stvoření, ukáže mu stvoření svého tvůrce? Pozorujme tedy i my, jak veliké jsou Boží divy, a skrze krásu stvořených věcí hledejme krásu ze všeho krásného nejkrásnější, tak podivuhodnou a nevýslovnou, že k ní všechnu pomíjivou krásu, jakkoli je pravá, nelze ani přirovnat.¹³

Jak jsme výše uvedli, všechna viditelná krásu spočívá ve čtverém [ohledu]. Tyto jednotlivé [ohledy] nyní po řadě projdeme a uvidíme, jak je v nich patrná neviditelná Boží moudrost. Jsem si vědom, že všechno, co řekneme, bude nedostatečné, ale nehodí se, abychom proto zcela mlčeli právě tam, kde bychom měli – kdyby to jen bylo možné – mluvit nejhodněji a nejvybraněji. Uvedli jsme čtveré: výstavbu, pohyb, vzhled a jakost. Na prvním místě tedy probereme to, co jsme jmenovali jako první.

3.1 O výstavbě Výstavba spočívá v kompozici a uspořádání, tj. v kompozici a dispozici.¹⁴

Compositio duo habere debet: aptitudinem et firmitatem, hoc est ut componenda apte et competenter coeant et composita firmiter cohæreant; laudabilis est compositio talis.

Aptitudo consideratur in quantitate et qualitate. In quantitate, ne nimis tenuia et exilia grossis et corpulentis, in qualitate, ne nimis humida siccis, nimis calida frigidis, nimis levia ponderosis, et si qua sunt talia, inordinate conjungantur. Vide si pulchritudini divinatorum operum aliquid horum desit, et si nihil deesse videris, jam aliquid habes unde etiam in hac parte mireris.

815c Et primum quidem si universitatis hujus machinam intuitus fueris invenies, quam mirabili ratione et sapientia compositio rerum omnium perfecta sit, quam apta, quam congrua, quam decora, quam cunctis partibus suis absoluta, in qua non solum concordiam servant similia, sed etiam quæ creante potentia diversa atque repugnantia ad esse prodierunt, dictante sapientia in unam quodammodo amicitiam et fœderationem conveniunt. Quid repugnantius esse potest aqua et igne? Quæ tamen in rerum natura ita Dei contemperavit prudentia, ut non solum ad invicem communæ societatis vinculum non dissipent, verum etiam nascentibus cunctis ut subsistere possint vitale nutrimentum subministrent.

815d Quid de humani corporis compage loquar, ubi omnium membrorum juncturæ tantam adinvicem servant concordiam, ut nullum omnino possit inveniri membrum, cujus officium alteri non videatur præstare adminiculum? Sic omnis natura se diligit, et miro quodam modo plurium dissimilium et in unum redactorum concordia unam in omnibus harmoniam facit.

816a Aptæ est ergo et conveniens rerum omnium compositio, sed quomodo est firma? Quis non videat? Quis non miretur? Ecce cœli qui ambitu suo concludunt omnia, quomodo solidi sunt, et quasi ex ære fusiles desuper circumque oppansi. Terra vero in medio suo pondere librata semper immobilis perseverat, ut cætera in medio fluctuantia, hinc soliditas cœlorum, illinc terræ stabilitas in unum coarctent et constringant, ne citra legitimos terminos diffusa concordiam universitatis disrumpant. Ecce quomodo per viscera telluris intrinsecus tracones aquarum sparsi et foris per alveos suos in diversa deducti, intus fatiscantem ne dissolvatur conglutinant, et foris ne fatiscant arentem rigant.

3.1.1 O kompozici Kompozice má mít dvě [vlastnosti]: ladnost a pevnost, tj. co je v ní spojováno, má k sobě vhodně a náležitě ladit a spojené má mít pevnou soudržnost. Taková kompozice zaslouží chválu.

Ladnost se týká mnohosti a jakosti. Pokud jde o mnohost, nemá se neuspořádaně spojovat příliš jemné a drobné s hrubým a objemným, pokud jde o jakost, zase ne příliš vlhké se suchým, příliš horké se studeným ani příliš lehké s těžkým a podobně. Podívej se, zda nějaký takový nedostatek najdeš v kráse Božího díla, a nenajdeš-li, pak máš i zde důvod k obdivu.

Prohlédneš-li si předně stroj celého veškerenstva, uvidíš, s jakým důmyslem a moudrostí je provedena kompozice všech věcí, jak je ladná, jak vyvážená, jak krásná, jak úplná ve všech svých částech. Nejenže podobné věci zachovávají souzvuk, ale i ty, které tvůrčí moc uvedla v bytí¹⁵ jako rozdílné a protikladné, uzavírají na rozkaz [tvůrčí] moudrosti svazek přátelství a spojenectví. Co může být protikladnější než voda a oheň? A přece je Boží prozíravost v přirozenosti věcí smísila tak, že nejen neporušují pouto vzájemného společenství, ale zároveň skýtají životodárnou potravu všemu, co se rodí, aby to mohlo trvat.¹⁶

Co říci o stavbě lidského těla, kde spoje všech údů uchovávají takový vzájemný soulad, že nelze najít ani jediný úd, který by svou službou neprospíval druhému?¹⁷ Tak je celá příroda spjata vzájemnou láskou a souhra mnoha nepodobných věcí spojených dohromady vytváří podivuhodným způsobem mezi všemi soulad.¹⁸

Kompozice všech věcí je tedy ladná a vhodná. Nakolik je ale pevná? Kdo by to neviděl? Kdo by to neobdivoval? Podívej se na nebesa, všechno uzavírající svým kruhem, jak jsou pevná a jakoby z tekuté mědi (srv. *Jb 37,18 V*) se prostírají shora dolů a kolem dokola. Země pak spočívá svou vahou uprostřed a zůstává stále nehybná; ostatní věci pohybující se v meziprostoru jsou tak sevřeny a spoutány z jedné strany pevností nebe, z druhé stálostí země, aby se nepřelily za určené meze a neporušily rovnováhu veškerenstva.¹⁹ Podívej se, jak propasti vod roztroušené uvnitř v útrokách země a vyváděné svými řečišti na různých místech na povrch, pukající zemi uvnitř spájejí, aby se nerozpadla, a vyprahlou zemi na povrchu zavlažují, aby nerozpukala.

Ecce quomodo in humani corporis fabrica juncturas ossium vincula nervorum ligant, et medullis intus per fistulas tibiaram diffusis, canales etiam venarum vitalem sanguinem per omne corpus deducunt, ac deinde teneritudinem carniū cutis tegmen involvit, ut et rigor ossium intrinsecus corpus sustineat, et pellis munimen foris defendendo custodiat.

816b Quis duritiam lapidum, quis soliditatem metallorum, quis nodositatem roborum, quis tenacitatem glutinum, quis cætera innumeralia enumerare queat? Ex quo claret quam sint firma rerum vincula, cum singula quæque condita tanto nisu naturam et esse suum defendant, simul vero omnia a concordia societatis suæ dissolvi omnino non queant.

(V) Post compositionem sequitur, ut de dispositione rerum qualis sit consideremus. Neque enim minima fiet admiratio, si quis diligenter attendat, quod sic singulis locis, singulis temporibus, singulis rebus, divina providentia causas suas distribuit, ut in nullo penitus ordo rerum perturbetur.

816c Ecce cælum sursum est et terra deorsum. In cælo stellas et luminaria collocavit, ut subjecta omnia illustrarent. In aere ventis et nubibus viam fecit, ut agitationibus suis dispersæ pluviam deorsum funderent. In gremium telluris moles aquarum recipi jussit, ut per gurgites suos huc illucque quo nutus ferret jubentis discurrerent. Volucres in aere suspendit, pisces aquis immersit, terram bestiis et serpentibus et aliorum reptilium vermiumque generibus replevit. Quasdam regiones ditavit ubertate frugum, quasdam opulencia vinearum, alias fertilitate olerum, alias fecunditate pecorum, alias potentibus herbis, alias gemmis pretiosis, alias animalibus et bestiis monstruosis, alias coloribus variis, alias diversarum artium studiis, alias metallorum, alias thimiamatum diversis generibus, ut nulla prorsus regio sit, quæ non aliquid præ cæteris novum et speciale possideat, nulla item, quæ non aliquid novum et speciale ab aliis accipere queat. 816d Quid quod etiam ea, quæ humanis usibus necessaria sunt, in communi hominum frequentia ipsa Creatoris providentia constituit; ea vero, quæ non natura propter necessitatem, sed cupiditas expetit propter speciem, in abditis terrarum sinibus abscondit, ut quem amor virtutis ab immoderato appetitu non castigat, saltem laboris tædio victus conquiescat.

Podívej se, jak v ústrojí lidského těla vlákna nervů svazují klouby kostí, uvnitř kterých je v hrdlech trubiček rozlit morek, a kanály žil rozvádějí po celém těle životodárnou krev. Měkké maso je na ochranu obaleno pokožkou, aby tvrdost kostí podpírala tělo zevnitř a zvenku je chránila a střežila hradba kůže.²⁰

Kdo by mohl vyčíslit tvrdost kamenů, pevnost kovů, sukovitost dubů, přilnavost lepů a bezpočet dalších věcí? Z toho je zřejmé, jak pevná jsou pouta věcí, když každá jednotlivá stvořená věc s takovou silou chrání svou přirozenost a své bytí, zároveň se však žádá z nich nemůže vyvázat z harmonického společenství s ostatními.²¹

3.1.2 O dispozici (V) Po kompozici přistupme k uvažování, jaká je dispozice věcí. Bude nemálo uveden v údiv, kdo si pečlivě všimne, že božská prozřetelnost rozdělila vše na jednotlivých místech, v jednotlivých dobách a v jednotlivých věcech tak, aby uspořádání věcí nebylo v ničem zmateno.²²

Nebe je nahoře a země dole. Na nebi umístila [božská prozřetelnost] hvězdy a svítlny, aby osvěcovaly všechno, co je pod nimi. Ve vzduchu připravila cesty větrům a mrakům, aby rozdělovány svými pohyby vylévaly shora déšť. Do lůna země velela přijmout masu vod, aby se rozeběhly svými proudy na různé strany podle jejího rozkazu. Do vzduchu vyzvedla ptáky, do vod ponořila ryby, zemi naplnila šelmami, hady a jinými rody plazů a červů. Některé oblasti obdařila hojností obilí, jiné množstvím vinic, jiné zase úrodou zeleniny, plodností dobytka, mocnými bylinami, drahými kameny, podivnými živočichy a šelmami, rozmanitými barvami, zájmem o různé dovednosti, rozličnými druhy kovů a vonných látek, takže není žádná oblast, která by neměla oproti ostatním něco nového a zvláštního, a také žádná, která by nemohla něco nového a zvláštního dostat od jiných.²³ Navíc věci nezbytné pro lidské potřeby poskytla prozřetelnost tvůrce tam, kde lidé běžně žijí, kdežto věci, které si nežadá přirozenost z nutnosti, nýbrž žádostivost pro jejich vzhled, ukryla ve vzdálených hlubinách země, aby aspoň nechut k námaze přemohla a uklidnila toho, koho od nezřízené chuti neodvrátí láska ke ctnosti.

(VI) Hæc de dispositione locorum diximus; quid de dispositione temporum dicemus? Quis satis admirari potest, quam mira ratione providentia divina cursus temporum distinxit? Ecce post noctem venit dies, ut torpentes in otio labor exerceat; post diem sequitur
 817a nox, ut fessos ad refocillandum quies excipiat. Non semper dies, non semper nox, non semper æqualis dies et nox, ne vel immoderatus labor debilitatos frangat, vel quies continuata naturam inficiat, vel identitas perpetua animo tædium gignat. Item quemadmodum vicissitudo dierum ac noctium animantia renovat, ita quatuor tempora anni ordine sibi succedentia totius mundi speciem immutant. Primum per teporem veris quadam innovatione mundus nascitur. Deinde per fervorem æstatis quasi in juventutem roboratur. Post hæc superveniente autumno ad maturitatem conscendit. Postremo succedente hieme ad defectum vergit. Idcirco autem semper deficit, ut semper post defectum renovari possit, quia nisi prius a statu suo deficerent vetera, quasi illis locum occupantibus non valerent exurgere nova. Hoc quoque satis mirabile in hac dispositione cernitur,
 817b quod ipsa tempora ita immutabili lege suæ mutabilitatis vices custodiunt, ut nec aliquando ab explendo ministerio suo deficient, neque secus currentia ordinem primæ institutionis confundant.

(VII) Hæc de dispositione temporum exempli causa dicta sufficiant. Nunc illum ordinem prosequamur, qui in unaquaque re consideratur, secundum congruam dispositionem partium. Hic vero intrinsecus est; alii, scilicet secundum locum et tempus, extrinseci sunt. Et hic quoque non minus miranda est sapientiæ efficacia, quæ
 817c ita congrue in universitate singula distribuit, ut nusquam omnino junctura partium generet repugnantiam qualitatum. Ecce, ut exempli causa de multis pauca ponamus, in compositione humani corporis, quanta elucet sapientia Creatoris? Sursum est homo uniformis, deorsum bifariam divisus, quia et uniforme est principale mentis, id est ratio, quæ invisibilia respicit, et gemina est animæ qualitas, ira et concupiscentia, quæ deorsum ad terrena descendit. Item brachiis in latum extenditur, tibiis deorsum figuratur statura humani corporis, quia et intentio operationis animum extendit et affectus desideriorum figit. Item secundum latitudinem hinc inde per digitos manuum, deorsum per digitos pedum in quinque finitur humani cor-

(VI) Tolik o dispozici podle místa. Co říci o dispozici podle času? Kdo může dostatečně obdivovat, jak podivuhodně božská prozřetelnost rozdělila běh času? Po noci přichází den, aby odpočinkem zmalátnělé zaměstnala práce. Po dni následuje noc, aby znavené objal klid a vlil jim nové síly. Není ustavičně den ani ustavičně noc, ani nejsou den a noc vždy stejně dlouhé, aby nadměrná práce nezlomila vysílené nebo zase stálý odpočinek nezkazil přirozenost, ani aby ustavičné opakování téhož neznechutilo ducha. A jako střída dnů a nocí obnovuje síly živých bytostí, tak i čtvero ročních dob, které se pravidelně střídají, proměňuje vzhled celého světa.²⁴ Napřed se s teplem jara svět jakousi obnovou rodí. Pak žárem léta jakoby sílí a dospívá k mládí. S příchodem podzima posléze dosahuje zralosti. Nakonec v zimě začíná umdlévat. Vždy znovu ovšem umdlévá proto, aby se mohl zase obnovit; kdyby totiž napřed staré neumdlelo a jakoby neuvolnilo místo, nemohlo by vzejít nové.²⁵ V této dispozici je podivuhodné již to, že jednotlivé roční doby dodržují střídání svých proměn podle tak neproměnného zákona, že nikdy neumdlí při plnění své služby a také nikdy změnou svého běhu nezmatou řád původního ustanovení.

(VII) Toto postačí jako příklad k dispozici podle času. Nyní budeme sledovat uspořádání jedné každé věci podle náležité dispozice částí. Jde o uspořádání vnitřní, kdežto uspořádání podle místa a času jsou vnější. Také zde zaslouží nemenší obdiv působení [božské] moudrosti, která jednotlivé věci rozdělila ve veškerenstvu tak vhodně, že spojení částí nikde nevyvolává rozpor kvalit. Vezměme jako malý příklad z mnoha lidské tělo: Jak veliká moudrost tvůrce se v něm zračí!²⁶ Nahoře má člověk jediný tvar, směrem dolů se však podvojně dělí, neboť také vůdčí složka jeho mysli, tj. rozum obracející se k neviditelnému, má jediný tvar, kdežto dolů k pozemským věcem míří dvojí kvalita duše, hněv a žádostivost. Dále se lidská postava pažemi napřahuje do šíře, kdežto holeněmi je upoutána dolů, neboť záměr jednat rozšiřuje ducha, kdežto city tužeb poutají [k zemi]. Rozpětí lidského těla je ukončeno pětičetně, do šířky na obě strany v prstech rukou, dolů v prstech nohou, neboť duch, ať už záměrem jednat míří do šíře, nebo je citovou tužbou

- 817d poris protensio, quia sive in latum tendatur animus per intentionem operis, sive deorsum figatur per desiderium affectionis, quinque sensus sunt per quos foris exit. Item digiti ternis articularum intervallis distinguuntur, qui de una palma in manibus, in pedibus de una planta prodeunt, quia de una sensualitate quinque sensus exeunt, in quibus trina distinctione primum sensus, deinde sentire, postmodum sensibile invenitur. Postremo in singulis digitis extremorum articularum capita superpositis unguibus, quasi galeata cernuntur, ut quocumque, sive manus extensa, seu pes promotus offendiculum invenerit, ipsi suo munimine protecti, illæsi permanere possint. Similiter terrena illa ad similitudinem unguium foris sensibus inhærentia, quasi in necessitate nos muniunt, sed quantum non pertinent
- 818a ad necessitatem, quasi extra carnem sine sensu præcidi possunt.

Ecce in humana facie quam rationabili distinctione instrumenta sensuum collocata sunt. Supremum locum obtinet visus in oculis. Deinde auditus in auribus; post hunc in naribus olfactus, atque post hunc in ore gustus. Scimus autem, quod reliqui omnes sensus foris intro veniunt, solus visus intus foras exit et eminens posita mira præ cæteris agilitate percipit. Bene ergo quasi speculator eminentiorem cunctis locum obtinuit, ut quæ cæteris sensibus superventura sunt, ante periculum prævidere possit. Post hunc auditus et loco et mobilitate secundus est. Deinde olfactus. Gustus autem, qui nil sentire potest nisi id quod tangit, merito (tardior cæteris sensibus) in imo

818b resedit. Tactus specialem sedem non habet, qui ideo universalis est, quia cunctis cooperatur sensibus. Unde et in digitis pollex, qui tactum significat, coadunatis in unum digitis solus omnibus respondet, quia sine tactu nullus sensuum esse potest.

Vide etiam quomodo in humano corpore ossa intrinsecus collocata sunt, quatenus robur eorum corpus sustineat; deinde caro ossa vestit, ut duritia eorum molliter tactum excipiat. Ad ultimum pellis carnem induit, ut sua quodammodo tenacitate ab incommodis foris accidentibus corpus muniat. Attendite quomodo illud quod molle est et infirmum, in medio quasi in loco tutiore ponitur, ne vel intrinsecus fulcumento carens concidat vel extrinsecus munimentum non habens fatiscat.

- 818c Quod autem in uno exemplificatum est, in cunctis generibus rerum inveniri potest. Sic enim cortex munit arbores, sic pennæ et

poután dolů, obrací se navenek prostřednictvím pěti smyslů. Prsty jsou rozděleny svými články do tří částí a na rukou vycházejí z jediné dlaně, na nohou z jediného chodidla. Z jediné smyslovosti totiž vychází pět smyslů, k nimž náleží trojí: smysly, vnímání a vnímatelná věc. Konečně poslední články jednotlivých prstů, které mají na špičkách nehty, vypadají, jako by byly opatřeny přílbou. Kamkoli se tedy ruka natáhne nebo noha vykročí, narazí-li na překážku, je chráněna svou vlastní hradbou a může zůstat beze škody. Podobně jako nehty [k prstům], přimykají se zvnějšku ke smyslům pozemské [statky]. V nutnosti jakoby nás chrání, co však přeroste nad nutnost, může se odstříhnout jako necitelné [nehty přerůstající] nad maso [prstů].

Všimněme si také, s jak důmyslným rozlišením jsou umístěna čidla smyslů na lidské tváři! Nejvyšší místo zaujímá zrak v očích, následuje sluch v uších, po něm čich v nose a konečně chuť v ústech. Víme, že všechny smysly vstupují zvnějšku dovnitř, jenom zrak vychází zevnitř ven a proti ostatním s podivuhodnou rychlostí vnímá i to, co je od něho vzdálené. Právem tedy jako jakýsi hlídač obdržel nejvyšší místo, aby mohl s předstihem vidět, co potká ostatní smysly, dříve než se ocitnou v nebezpečí.²⁷ Po něm svým umístěním i svou pohyblivostí následuje sluch. Potom čich. Chuť pak, která může cítit jen to, čeho se dotýká, byla po zásluze (jako pomalejší než ostatní smysly) umístěna nejnižše. Hmat nemá zvláštní sídlo.²⁸ Je všeobecný, protože spolupracuje se všemi smysly. Proto také stáhneme-li prsty k sobě, jediný palec, znázorňující hmat, stojí naproti ostatním, neboť bez hmatu se žádný ze smyslů neobejde.

Podívej se dále, jak jsou uvnitř v lidském těle umístěny kosti a jak svou pevností tělo podpírají! Kosti pokrývá maso, aby byla jejich tvrdost při doteku změkčena. Maso je konečně potaženo kůží, aby tělo svou pevností jakoby chránila před nepříjemnými příhody zvnějšku. Všimněte si, jak je to, co je měkké a slabé, umístěno uprostřed jakoby na bezpečnějším místě, aby se bez vnitřní opory nezhroutilo ani bez vnější ochrany nerozpadlo.²⁹

Co jsme ukázali na jednom příkladu, lze ovšem najít u všech druhů věcí. Podobně kůra chrání stromy, peří a zobák ptáky, šupiny ryby. Každé jednotlivé věci určila prozřetelnost tvůrce ochranu, jaká

rostra volucres, sic squammæ pisces, rebusque singulis secundum competentiam naturæ suæ, providentiâ Creatoris munimenta instituit. Hucusque de situ locuti sumus, nunc ad motum transeamus.

(VIII) Motus est quadrifarius. Localis, naturalis, animalis, rationalis. De quibus quia per singula multa dicere non possumus, breviter singula perstringamus.

Vide, quomodo in motu locali sapientia Conditoris appareat. Cogita nunc, unde defluentibus semper aquis indeficiens semper
818d vena ministratur, unde motus ventorum educitur, quis infatigabilem astrorum cursum moderatur, quis solem per hiberna descendere signa præcipit, quis rursus per æstiva eum signa ascendere facit, quis eum ab oriente in occidentem ducit et iterum ab occidente ad orientem revehit. Hæc cuncta mirabilia et soli Deo possible sunt.

Quid etiam de naturali motu dicam? Quis putas nascentibus cunctis incrementum tribuit, et quasi de quodam occulto naturæ sinu in apertum germinantia educit, rursusque eadem marcentia illuc unde venerant reverti facit? Satis hæc diligenter intuentibus mirabilia apparebunt.

Deinde sequitur motus animalis, qui est in sensibus et appetitibus. Cogita ergo qualis esse possit, qui sensus omnium viventium
819a fabricat, appetitus creat, et in singulis quibusque animantibus, quid appetere et quantum appetere debeant, ordinat.

Denique motus rationalis qui est in factis et consiliis satis admirationis tibi ingerit, si attendere volueris, quam ineffabilis sit sapientia quæ omnia hominum facta, omnes voluntates, omnes denique cogitationes cordium ita ad suæ voluntatis arbitrium intorquet, ita imperat et moderatur, ut nihil in universitate possit fieri, quod non ipsa ad decorem operum suorum aut præcipiendo aut permittendo fieri velit.

(IX) Hæc de motu pro brevitate dicta sufficiant. Deinde sequitur species. Species est forma visibilis, quæ continet duo, figuras et colores.

Figuræ autem rerum multis modis apparent mirabiles. Aliquando
819b ex magnitudine, aliquando ex parvitate, aliquando quia raræ, aliquando quia pulchræ, aliquando, ut interim ita loquar, quia quo-

odpovídá její přirozenosti.³⁰ Tolik o výstavbě. Nyní přejdeme k pohybu.

3.2 O pohybu (VIII) Pohyb je čtvery: místní, přirozený, živočišný a racionální.³¹ Nemůžeme o nich mluvit dlouho, proto se o každém z nich zmiňme aspoň stručně.

Podívej se, jak je moudrost tvůrce patrná v místním pohybu: Přemýšlej o tom, odkud berou ustavičně tekoucí vody svou nikdy nevysychající žílu, odkud přichází pohyb větru, kdo pořádá neúnavný běh hvězd, kdo nařizuje Slunci, aby sestupovalo skrze zimní znamení, a naopak mu dává vystupovat skrze letní, kdo je vede od východu k západu a zase je vrací ze západu na východ? Toto vše je podivuhodné a dokáže to jen Bůh.³²

Co říci o přirozeném pohybu? Kdo myslíš, že dává růst všemu, co se rodí? Kdo vyvádí klíčky jakoby ze skrytého lůna přírody na světlo dne, a když uvadnou, zase jim dává vrátit se tam, odkud vzešly? Kdo si to pozorně prohlédne, najde i v tom dostatečný důvod k údivu.³³

Pak následuje živočišný pohyb, přítomný ve smyslech a pudech. Považ, jaký může být, kdo vytváří smysly všeho, co žije, kdo dává vznik pudům a kdo jednotlivým živočichům velí, co a kolik mají svými pudy žádat!³⁴

Konečně tě přivede k údivu i racionální pohyb, spočívající v jednání a usuzování, když si všimneš, jak nevýslovná je to moudrost, která činy i vůli všech lidí a myšlenky jejich srdce obrací k rozhodnutí své vůle, usměřuje a pořádá je tak, že se v celém veškerenstvu nemůže stát nic, co by ona sama buď svým příkazem nebo svým dopuštěním nechtěla pro krásu svého díla.³⁵

3.3 O vzhledu (IX) Tolik pro stručnost postačí o pohybu. Nyní následuje vzhled. Vzhled je viditelná forma, která obsahuje dvojí: tvary a barvy.³⁶

3.3.1 O tvaru Tvary věcí se jeví podivuhodné z mnoha důvodů: někdy pro svou velikost, jindy pro svou drobnost, někdy proto, že jsou vzácné, jindy proto, že jsou krásné, ještě jindy proto, že jsou,

dammodo convenienter ineptæ, aliquando quia in multis una, aliquando quia in uno diversa. Singula ordine suo prosequamur.

Figura secundum magnitudinem attenditur, quando res quælibet sui generis modum in quantitate excedit; sic miramur gigantem inter homines, cetum inter pisces, gryphonem inter volucres, elephantem inter quadrupedes, draconem inter serpentes.

819c Figura secundum parvitatem consideratur, quando res quælibet sui generis quantitati æquari non potest, ut est succerio in capillo, tineæ in indumento, vermes et sciniphes, et similia, quæ inter cætera quidem animalia vivunt, sed cæteris omnibus corporis exiguitate dispares sunt. Vide ergo quid magis mireris, dentes apri an tineæ, alas gryphis an sciniphis, caput equi an locustæ, crura elephantis an culicis, rostrum suis an succerionis, aquilam an formicam, leonem an pulicem, tigridem an testudinem? Ibi miraris magnitudinem, hic miraris parvitatem; corpus parvum magna sapientia conditum; magna sapientia cui nulla subrepat negligentia. Illis dedit oculos, quos vix comprehendere potest oculus, et in tam exiguis corporibus sic omnifariam lineamenta naturæ suæ congrua plenissime distribuit, ut nihil videas deesse in minimis eorum omnium quæ natura formavit in magnis.

819d (X) Restat nunc dicere de iis quæ rara sunt, et ob hoc magis mirantur. Sunt quædam in rebus conditis quæ idcirco cum videntur magis mira sunt, quia ad hominum notitiam raro perveniunt, vel ob hoc quod in suo genere pauca creata sunt, vel quia remotis sedibus et in abditis naturæ sinibus abstrusa. Hæc autem idcirco Creatoris providentia seorsum collocare voluit, ut illorum consortio quæ noxia sunt non lædatur humana societas, eorum quæ pretiosa sunt specie probetur humana cupiditas, eorum quæ rara sunt novitate excitata admirari discat humana tarditas; postremo ut hæc bona simul et mala quasi eminus posita quodammodo alloquantur hominem, ut attendat quanto studio mala æterna fugere et bona æterna appetere debet, si pro his temporalibus bonis adipiscendis et malis evitandis tantos labores sustinet.

820a (XI) Sequitur de iis quæ mirabilia sunt propter pulchritudinem. Quarumdam rerum figurationem miramur, quia speciali quodam

abych tak řekl, jaksi půvabně nevhodné, jindy zase proto, že jsou jedno v mnohém nebo různé v jednom. Proberme po pořádku jedno za druhým.

Tvar vyniká velikostí, když některá věc svým rozměrem překračuje [obvyklý] způsob svého rodu. Tak obdivujeme obra mezi lidmi, velrybu mezi rybami, noha mezi ptáky, slona mezi čtvernožci, draka mezi hady.³⁷

O drobnosti tvaru mluvíme, když se některá věc nevyrovná [obvyklým] rozměrům svého rodu, jako veš ve vlasech, mol v oblečení, červi, malé mušky a podobní tvorové, kteří žijí mezi ostatními zvířaty, avšak liší se od ostatních svou nepatrností.³⁸ Nevím, co budeš obdivovat více, zda zuby kance nebo mola, křídla noha nebo mušky, hlavu koně nebo kobylky, nohy slona nebo komára, rypák vepře nebo vši, orla nebo mravence, lva nebo blechu, tygra nebo želvu?³⁹ Na jednom obdivuješ velikost, na druhém nepatrnost: nepatrné tělo, vytvořené velkou moudrostí, která nic nezanedbala. Dala jim oči, které oko stěží může postihnout, a v jejich nepatrných tělech rozdělila rysy plně odpovídající jejich přirozenosti tak všestranně, že u těchto maličkých tvorů nechybí nic z toho, co příroda vytvořila u velkých.⁴⁰

(X) Nyní zbývá pojednat o tom, co se nám zdá podivuhodné pro svou vzácnost. Některé ze stvořených věcí budí úžas, když je vidíme, protože se s nimi člověk neseťkává často: buď proto, že jsou ve svém rodu zřídka, nebo že jsou schovány na odlehlých místech a ve skrytých útrobach přírody. Prozřetelnosti tvůrce se zalíbilo je tam umístit proto, aby styk s tím, co je škodlivé, neublížil lidské společnosti, aby vzhled toho, co je vzácné, podrobil zkoušce lidskou chtivostí, aby novost toho, co je zřídka, vyburcovala k údivu lidskou otupělost, a konečně také proto, aby tyto obtížně dostupné věci, dobré i špatné, člověku napověděly, s jakým úsilím se má vyhýbat věčným zlům a hledat věčná dobra, jestliže podstupuje tolik námahy, aby získal tato časná dobra a vyhnul se těmto časným zlům.

(XI) Následuje výklad o tom, co je podivuhodné pro svou krásu. Ztvárnění některých věcí obdivujeme proto, že jsou jakýmsi zvlášť-

modo decoræ sunt et convenienter coaptatæ, ita ut ipsa dispositio operis quodammodo innuere videatur specialem sibi adhibitam diligentiam Conditoris.

820b Rursus alia idcirco miramur, quia monstruosa sunt vel ridicula; quorum quidem plasmatio quantum ab humana ratione aliena est, tanto facilius humanum animum in admirationem compellere potest. Quare crocodilus manducans inferiorem molam non movet? Et quomodo salamandra in igne illæsa permanet? Quis dedit ericio spinas et docuit eum, ut se pomis turbine discussis involvat, quibus onustus incedens stridet quasi plaustrum? Et formica quæ hiemis superventuræ præscia granis horrea sua replet? Aranea quæ de visceribus suis laqueos nectit unde prædam capiat? Isti sunt testes sapientiæ Dei.

820c Est adhuc aliud verum et evidens divinæ sapientiæ argumentum, quod omne genus simile sibi procreat, et in tam multis similitudo una propagata primæ originis formam non mutat; non ovis vitulum, non vacca agnum, non cervæ leporem, non leo vulpem, sed in sibi simile propaginem suam extendit omne quod est. Hoc quoque insensibilis natura custodit: aliud genus arboris est tilia, aliud fagus, aliud quercus, unumquodque speciem suam habet, et unumquodque generis sui servat similitudinem. Vide folium quomodo serratis dentibus per gyram distinguitur, quomodo intrinsecus productis costulis huc illucque intexitur. Numera unum, numera aliud. Omne quod est unius generis, unius invenies et multitudinis et similitudinis, tot dentes in uno quot dentes in alio, tot costulas in uno quot costulas in alio, talem formam in uno qualem formam in alio, talem colorem in uno qualem colorem in alio. Ecce quomodo mora, quomodo fraga quibusdam granulis ad invicem compactis circumquaque distinguuntur; tale unumquodque quale alterum, et omnis natura quasi cujusdam intrinsecus dictantis præceptum acceperit, nusquam terminos suos excedere præsumit.

820d Hoc quoque mirabile est, quod in uno corpore tot constituuntur membra, tot membrorum formæ, tot loca, tot officia. Ecce in uno hominis corpore quot membra? Aliud auris, aliud oculus, aliud lingua, aliud nasus, aliud pes, aliud manus; singulis sua forma, sua loca, sua officia, at cum sint ita diversa in se singula, invicem tamen cooperantur omnia.

ním způsobem krásné a vhodně uzpůsobené, takže sama dispozice díla jakoby dosvědčuje zvláštní péči, kterou jim jejich tvůrce věnoval.⁴¹

Jiné věci zase obdivujeme proto, že jsou jaksi podivné či směšné.⁴² Čím vzdálenější je totiž lidskému rozumu způsob, jak jsou věci utvořeny, tím snáze mohou lidského ducha přimět k údivu. Proč krokodýl při jídle nehýbe spodní čelistí a jak to, že mlokovi neublíží oheň? Kdo dal ježkovi bodliny a naučil ho, aby se obalil jablky spadlými ve větru, takže s touto zátěží při chůzi skřípe jako vůz? Mravenec, který předvídá zimu a zrnky plní své sýpky, pavouk, který ze svých útrob souká pasti na svou kořist – to jsou svědkové Boží moudrosti.⁴³

A ještě jiný platný a zřetelný důkaz božské moudrosti: Každý rod se rozmnožuje v bytostech sobě podobných a jediná podoba předávaná tolika dalším bytostem nemění svou prvopočáteční formu. Ovce nemá za potomka tele ani kráva jehně, laň zajíce nebo lev lišku, ale všechno, co je, nachází pokračování v sobě podobném. Toto [pravidlo] zachovává i příroda, která nemá smyslovost: Jiný rod stromu je lípa, jiný buk a jiný dub. Každý z nich má svůj vzhled a každý z nich zachovává podobu svého rodu.⁴⁴ Podívej se, jak je list po okraji členěn pilovitými zoubky a jak je křížem krážem protkán zevnitř vycházejícím žebrovím. Spočítej jedno i druhé. Uvidíš, že co patří k témuž rodu, má jich stejný počet i stejnou podobu. Týž počet zoubků, týž počet žebroví, též forma i barva u jednoho i druhého. Podívej se, jak jsou moruše⁴⁵ nebo jahody na povrchu členěny do jakýchsi zrnček spojených dohromady. Jedno se podobá druhému a celá příroda, jakoby dostala příkaz od někoho, kdo jí uvnitř poručí, nikdy se neodvážá přestoupit své meze.⁴⁶

I to je však podivuhodné, že v jediném těle je složeno dohromady tolik údů tolika forem, na tolika místech a s tolika úkoly. Kolik údů je v těle jediného člověka! Jiné je ucho, jiné oko, jiný jazyk, jiný nos, jiná noha a jiná ruka. Každé má svou formu, své místo, svůj úkol, a přestože je každé z nich tak odlišné, všechny navzájem spolupracují.⁴⁷

(XII) Post figuram sequitur color. De colore rerum multum disserere opus non est, cum ipse visus probet quantum naturæ decoris additur, cum tam variis distincta coloribus adornatur. Quid luce pulchrius, quæ cum colorem in se non habeat, omnium tamen colores rerum ipsa quodammodo illuminando colorat? Quid jucundius ad videndum cælo cum serenum est, quod splendet quasi sapphirus;

821a et gratissimo quodam suæ claritatis temperamento visum excipit et demulcet aspectum? Sol sicut aurum rutilat, luna pallet quasi electrum, stellarum quædam flammeo aspectu radiant, quædam luce rosea micant, quædam vero alternatim nunc roseum, nunc viridem, nunc candidum fulgorem demonstrant. Quid de gemmis et lapidibus pretiosis narrem, quorum non solum efficacia utilis, sed aspectus quoque mirabilis est? Ecce tellus redimita floribus, quam jucundum spectaculum præbet, quomodo visum delectat, quomodo affectum provocat? Videmus rubentes rosas, candida lilia, purpureas violas, in quibus omnibus non solum pulchritudo sed origo quoque mirabilis est. Quomodo scilicet Dei sapientia de terræ pulvere talem producit speciem. Postremo super omne pulchrum viride, quomodo animos intuentium rapit, quando vere novo quada vita germina prodeunt, et erecta sursum in spiculis suis quasi deorsum morte calcata ad imaginem futuræ resurrectionis in lucem pariter erumpunt.

821b Sed quid de operibus Dei loquimur, cum etiam humanæ industriæ fucos adulterina quadam specie fallentes oculos tantopere miramur?

(XIII) Post speciem de qualitate rerum disserere debemus; ob hoc providentia Creatoris tam diversas qualitates rebus indidit, ut omnis sensus hominis sua oblectamenta inveniat. Aliud percipit visus, aliud auditus, aliud odoratus, aliud gustus, aliud tactus. Visum 821c pascit pulchritudo colorum, suavitas cantilenæ demulcet auditum, fragrantia odoris olfactum, dulcedo saporis gustum, aptitudo corporis tactum. Et quis omnes delicias sensuum enumerare queat? Quæ tam multiplices sunt in singulis, ut si quis quemlibet sensum per se consideret, quemlibet per se ditatum putet.

Quot enim oblectamenta oculorum in diversitate colorum monstravimus, tot oblectamenta aurium in varietate sonorum invenimus. Inter quæ prima sunt dulcia sermonum commercia, quibus homines

3.3.2 O barvě (XII) Po tvaru následuje barva. O barvě věci není třeba zvlášť obsáhle pojednávat, protože sám zrak dosvědčuje, jak je příroda zkrášlena tím, že je rozrůzněna a ozdobena rozmanitými barvami.⁴⁸ Co je krásnější než světlo, které ač samo nemá barvu, přece svým svitem jakoby propůjčuje barvy všem věcem! Co je přijemnější na pohled než nebe, je-li jasné a skví se jako safír, půvabnou mírností své záře přitahuje zrak a laská pohled! Slunce červenavě svítí jako zlato, luna vydává bledé světlo jako elektron, některé hvězdy planou ohnivým svitem, jiné se mihotají růžovou září, jiné pak ve svém svitu přecházejí z růžova do zelena a do běla.⁴⁹ Co říci o gemách a drahých kamenech, které mají nejen užitečné účinky, ale jsou i podivuhodné na pohled?⁵⁰ Jak nádhernou podívanou skýtá země ověncená květinami, jak těší na pohled, jak rozněcuje cit! Rudé růže, bělostné lilie, nachové fialky⁵¹ nejsou podivuhodné jen svou krásou, ale i svým původem: jak jen totiž Boží moudrost může z prachu vytvořit tak krásný vzhled? A konečně nadevše krásná zeleň uchvacuje ducha těch, kdo se na ni dívají, když s novým jarem všechno klíčí jakýmsi novým životem, raší vzhůru, svými výhonky jakoby pošlapává smrt a jako obraz budoucího vzkříšení se dere ke světlu!⁵²

Proč ale mluvíme o Božích dílech, když tolik obdivujeme i pozlátka vytvořená lidskou příčinivostí, která svým svůdným vzhledem klamou oči?⁵³

3.4 O jakosti (XIII) Po vzhledu musíme pojednat o jakosti. Prozřetelnost tvůrce dala věcem tak rozličné kvality proto, aby každý z lidských smyslů našel své potěšení. Něco jiného vnímá zrak, něco jiného sluch, něco jiného čich, něco jiného chuť a něco jiného hmat. Zrak se pase na krásu barev, líbezná píseň těší sluch, lahodná vůně čich, sladkost chuť, ladnost těla hmat.⁵⁴ Kdo by mohl vypočíst všechny smyslové radosti? Jsou u jednotlivých smyslů tak mnohotvárné, že uvážíme-li každý zvlášť, bude se nám zdát, že byl každý zvlášť obdarován.

Tak mnohá potěšení, jaká jsme ukázali pro oči v rozmanitosti barev, nacházíme pro uši v rozmanitosti zvuků. Na prvním místě k nim patří přívětivé rozmlouvání, v němž si lidé vzájemně sdělují

ad invicem suas voluntates communicant, præterita narrant, præsentia indicant, futura nuntiant, occulta revelant, adeo ut si his careat vita humana, bestiis comparabilis videatur. Quid autem concentus
821d avium? Quid humanæ vocis melos jucundum? Quid dulces modos sonorum omnium commemorem? Quia tam multa sunt harmoniæ genera, ut ea nec cogitatus percurrere, nec sermo facile explicare possit, quæ tamen cuncta auditui serviunt et ad ejus delicias creata sunt.

Sic est de olfactu. Habent thimiamata odorem suum, habent unguenta odorem suum, habent rosaria odorem suum, habent rubeta, prata, tesqua, nemora, flores odorem suum, et cuncta quæ suavem præstant fragrantiam et dulces spirant odores, olfactui serviunt et in ejus delicias creata sunt.

Eodem modo gustus et tactus varia habent oblectamenta, quæ ex similitudine priorum satis perpendi possunt.

822a (XIV) De immensitate creaturarum et de pulchritudine earum quomodo potuimus, non quomodo debuimus, locuti sumus; nunc restat, ut ad considerandam earumdem utilitatem transeamus. Utilitatum rerum quatuor complectitur: necessaria, commoda, congrua et grata.

Necessarium unicuique rei est, sine quo ipsa subsistere commode non potest, utpote in victu hominis panis et aqua, in vestitu lanea sive pellicea, aut quælibet ejusmodi indumenta.

Commodum est, quod licet aliquando amplius delectet, sine ipso tamen vita duci potest, utpote in victu hominis poculum vini et esus carniarum; in vestitu byssus et sericum, vel quodlibet aliud mollius indumentum.

822b Aptum et congruum est, quod licet utentibus non prosit, ad utendum tamen convenit, quales sunt tincturæ colorum, pretiosi lapides, et quæcunque ejusmodi censentur.

Gratum est ejusmodi, quod ad usum quidem habile non est; et tamen ad spectandum delectabile, qualia sunt fortasse quædam herbarum genera et bestiarum, volucrum quoque et piscium, et quævis similia.

Sed dignum valde inquisitione est, quare Deus hæc creare voluit, quæ usui hominis (propter quem omnia fecit) non necessaria fore prævidit? Sed hoc citius cognoscetur, si causa et modus humanæ

svou vůli, vyprávějí minulé události, upozorňují na přítomné, označují budoucí a zjevují skryté věci. Bez něho by se lidský život podobal zvěřecímu. Mám dále připomínat koncert ptáků, líbeznou píseň lidského hlasu, sladké melodie všech zvuků, když přece existuje tolik druhů harmonie, že je nelze v myšlenkách proběhnout ani snadno vyložit slovy? Toto vše slouží sluchu a bylo stvořeno k jeho potěšení.⁵⁵

Podobně u čichu: aromatické látky mají svou vůni, masti mají svou vůni, růžové zahrady mají svou vůni, ostružiní, louky, pustiny, háje, květy⁵⁶ mají svou vůni a všechno, co vydává vůni a vydechuje vonné látky, slouží čichu a bylo stvořeno k jeho potěšení.

Právě tak chuť a hmat mají rozmanité rozkoše, které lze dostatečně ocenit podle toho, co bylo již řečeno.

4. O užitečnosti

(XIV) Promluvili jsme o nezměrnosti stvoření i jeho kráse tak, jak jsme to dokázali, ne jak by se slušelo. Nyní zbývá, abychom přešli k uvažování o jeho užitečnosti. Užitečnost věcí zahrnuje čtveř: nezbytné, příjemné, vkusné a půvabné.⁵⁷

Nezbytné je pro každou věc to, bez čeho nemůže dobře existovat, jako v lidské stravě chléb a voda, v oblečení vlněný, kožený či podobný oděv.

Příjemné je to, co sice někdy těší více [než nezbytné], bez čeho se však život obejde, jako v lidské stravě pohár vína a masitý pokrm, v oblečení kment a hedvábí či jiný měkčí oděv.⁵⁸

Ladné a vkusné je to, co sice uživatelům neprospívá, co však užít lze, jako barviva, drahé kameny a jiné věci toho druhu.

Půvabné je konečně to, co se sice nehodí k užívání, co ale na pohled těší, jako jsou snad některé druhy rostlin a zvířat, ptáků a ryb a podobně.

Stojí však rozhodně za zkoumáním, proč chtěl Bůh stvořit i to, o čem předem věděl, že to pro potřeby člověka (kvůli kterému stvořil všechno ostatní) není nezbytné. Snáze to pochopíme, zvážíme-li příčinu a způsob stvoření člověka. Bůh stvořil člověka pro sebe, všechno ostatní pro člověka. Člověka stvořil pro sebe ne proto, že by ho sám potřeboval, ale aby sám sebe člověku daroval a člověk se

conditionis attendatur. Deus hominem propter se fecit, cuncta alia propter hominem condidit. Propter se fecit hominem, non quod ipse indigeret homine, sed ut homini, quia melius dare nil potuit, seipsum fruendum daret; alia vero creatura sic facta est, ut et subjecta homini
 822c esset per conditionem et deserviret ad utilitatem. Homo ergo quasi in quodam medio collocatus habet super se Deum, sub se mundum, et corpore quidem deorsum mundo conjungitur, spiritu autem sursum ad Deum sublevatur. Necesse autem fuit, ut visibilium conditio ita ordinaretur, quatenus homo in eis foris agnosceret, quale esset invisibile bonum quod intus quærere deberet: hoc est, ut sub se videret, quid supra se appeteret. Non igitur decebat, ut rerum visibilium copia in parte aliqua defectum sentiret, quæ ob id maxime instituta est, ut inæstimabilem æternorum bonorum affluentiam nuntiaret. Hoc est quod diximus: cur Deus illa etiam creare voluit, quæ humanis usibus necessaria non esse prævidit. Si enim sola necessaria
 822d tribueret, bonus quidem esset, sed dives non esset. Cum vero necessariis etiam commoda adjungit, divitias bonitatis suæ ostendit. Cum autem commoda congruis superadditis cumulantur, abundantia divitiarum bonitatis ejus demonstratur. Sed dum postremo congruis etiam grata adjicit, quid aliud quam superabundantes divitias bonitatis suæ notas facit?

(XV) Hæc de utilitate creaturarum breviter dicta sufficient; sed libet adhuc ad cumulum divinæ laudis paulisper attendere, quam
 823a mire tria hæc simul in opere suo conservaverit Deus. Quod quanta admiratione dignum sit, sic facilius fortasse cognoscemus, si prius hæc qualiter in opere humano simul esse non possint consideremus. Certe homo cum multa facere desiderat, magna facere non potest, quia tanto minus prævalet in singulis, quanto plura sunt per quæ intentionis suæ conatus dividit. Rursus cum ad magnitudinem innititur, a multitudine retardatur, quia multis præstare non sufficit vires quas ad unius effectum specialiter effundit. Simili modo minor diligentia decori operis impenditur, quoties ad multitudinem solam sive ad magnitudinem perficiendam animus occupatur. Videmus, quod scriba eas figuras quæ exiles sunt, promptius format, in magnis figurandis propensius desudat, et calamus quanto velocius trahitur, tanto deformiores sunt litteræ quæ exprimuntur. Nam et in forman-

z něho těšil, neboť mu nic lepšího darovat nemohl. Ostatní stvoření je ustrojeno tak, aby bylo člověku poddáno a sloužilo mu k užítku.⁵⁹ Člověk je tedy postaven jakoby ve středu, nad sebou má Boha, pod sebou svět. Tělem je spjat dole se světem, duchem se však pozvedá vzhůru k Bohu. Stvoření viditelných věcí bylo ovšem nutné uspořádat tak, aby člověk z toho, co je venku kolem něho, poznal, jaké je neviditelné dobro, které má hledat uvnitř, tj. aby z toho, co je pod ním, viděl, k čemu se má upínat vzhůru. Neslušelo se tedy, aby hojnost viditelných věcí v některé své části trpěla nedostatkem, neboť byla stvořena předně proto, aby ohlašovala nevyčíslitelné bohatství věčných dober. To je důvod, proč chtěl Bůh stvořit i to, o čem předem věděl, že to pro lidskou potřebu není nezbytné. Kdyby Bůh poskytl jen to, co je nezbytné, byl by sice dobrý, nebyl by však bohatý. Když k nezbytnému dává i příjemné, ukazuje bohatství své dobroty. Když s příjemným daruje navíc vkusné, projevuje se tak hojnost bohatství jeho dobroty. Když konečně k tomu, co je vkusné, připojuje i půvabné, co jiného chce dát poznat než přehojnou míru bohatství své dobroty?⁶⁰

5. V Božím díle je nezměrnost, krása i užitečnost zároveň

(XV) Tolik stručně o užitečnosti stvoření. K dovršení božské chvály si však na okamžik všimněme ještě [jedné věci]: jak podivuhodně totiž Bůh toto trojí [nezměrnost, krásu a užitečnost] zachoval ve svém díle zároveň.⁶¹ Jaký obdiv si to zaslouží, snad lépe poznáme, když si napřed uvědomíme, že je sotva možné nalézt všechno trojí zároveň v lidském díle. Když si totiž člověk přeje vytvořit mnoho, nemůže vytvořit věci velké, neboť má v jednotlivostech tím méně síly, čím více je věcí, mezi něž dělí úsilí své pozornosti. Když se naopak snaží o velikost, nedosáhne množství, neboť síly, které musí zvláště vynaložit, aby vytvořil jednu věc, nemůže věnovat mnoha věcem. Právě tak když je duch zaměstnán pouze množstvím či snahou o velikost, věnuje menší péči kráse díla. Vidíme přece, že písař malá písmena tvoří rychleji, má-li napsat velká, namáhá se déle, a čím rychleji vede pero, tím neuhlednější písmena z jeho pera vycházejí. V návrzích oděvů se zase pro velkou zálibu v kráse často

823b dis vestibus ii, qui nimis pulchritudinem diligunt, sæpe utilitatem perdunt; et qui utilitatem conservare cupiunt, pulchritudinem habere non possunt. Sed in opere Dei nec multitudo magnitudinem minuit, nec magnitudo multitudinem stringit, neque simul vel multitudo vel magnitudo pulchritudini officit, neque pulchritudo utilitatem tollit, sed sic facta sunt omnia, quasi facta sint singula, ut cum universa aspexeris, singula mireris.

Hæc de visibilibus dicta alicui fortassis quantum ad compendium tractandi pertinuit plurima videbuntur, sed attendere debet, quod tam operosa materia non facile paucis verbis explicatur. Nam, cum dicat Apostolus, quod per ea quæ sunt in mundo, manifestantur ea quæ invisibilia sunt in Deo, necesse est, ut quisquis per visibilia ad agnitionem invisibilium pervenire desiderat, prius ipsa visibilia agnoscat. Propter quod et ego cum hæc pro posse meo investigare proponerem, tribus invisibilibus in exordio enumeratis et tribus itidem visibilibus contra hæc dispositis, ratus sum hunc esse competentissimum ordinem narrandi, ut prius ipsorum visibilium aliquam notitiam in medium afferrem, ac sic deinde quasi reserato contemplationis aditu per investigationem invisibilium procederem.

823c Postquam igitur iis quæ de visibilibus dicenda erant finem fecimus, nunc quomodo vel quo ordine per hæc ad invisibilia ascendantur, considerare debemus.

823d (XVI) Tria diximus invisibilia, potentiam, sapientiam, benignitatem. Quærendum est ergo quod horum cæteris prius contemplantibus in agnitione occurrat. Et credo quod illud invisibile prius in contemplatione comprehenditur, quod in suo visibili simulacro expressius et manifestius declaratur.

tráci užitečnost, a chceme-li zachovat užitečnost, nedosáhneme krásy. V Božím díle však množství nezmenšuje velikost ani velikost omezuje množství, zároveň ale množství ani velikost neškodí kráse ani krása neubírá na užitečnosti, nýbrž každá věc je provedena tak, jako by byla stvořena právě jen ona, takže podíváš-li se na celek, budeš obdivovat každou věc jednotlivě.⁶²

B. Racionální pohyb jako cesta k jedinému i trojímu tvůrci

6. Přednost krásy jako viditelného znázornění neviditelné Boží moudrosti

To, co jsme řekli o viditelných [vlastnostech stvoření], se snad někomu bude s ohledem na zhuštěnost pojednání zdát příliš mnoho, je však třeba uvážit, že tak obtížnou látku nelze snadno vysvětlit několika slovy. Jestliže totiž apoštol říká, že neviditelné Boží [vlastnosti] se ukazují skrze věci [našeho] světa (srv. Ř 1,20), musí ten, kdo touží od viditelného proniknout k neviditelnému, napřed poznat samy viditelné [vlastnosti stvoření]. Proto i já, když jsem si předsevzal o tomto tématu podle svých možností pojednat a vyjmenoval v úvodu tři neviditelné [Boží vlastnosti] a proti nim postavil tři viditelné [vlastnosti stvoření], považoval jsem za nejvhodnější postup výkladu nejprve poněkud představit samy viditelné [vlastnosti stvoření], abych potom, když se jakoby otevřel přístup ke kontemplaci, pokračoval zkoumáním neviditelných [vlastností Božích].⁶³

Když jsme tedy ukončili potřebný výklad o viditelných [vlastnostech stvoření], měli bychom uvážit, jak či v jakém pořadí odtud vystoupíme k neviditelným [vlastnostem Božím].

(XVI) Řekli jsme, že neviditelné [Boží vlastnosti] jsou tři: moc, moudrost a dobrotivost. Ptejme se tedy, kterou z nich kontemplující poznává nejdříve. Myslím, že z neviditelných [Božích vlastností] nejdříve v kontemplaci postihneme tu, kterou její viditelné znázornění ukazuje nejvýrazněji a nejzjevněji.⁶⁴

- Simulacra autem invisibilium ipsa visibilia dicuntur, utpote invisibilis potentiae simulacrum est creaturarum immensitas, invisibilis sapientiae simulacrum est creaturarum decor, invisibilis benignitatis simulacrum est creaturarum utilitas. Omnis autem creatura quanto vicinius similitudini Creatoris appropinquat, tanto evidentius Creatorem suum declarat. Illud ergo visibile simulacrum invisibile
- 824a exemplar prius ostendere debet, quod divinae similitudinis imaginem perfectius in se expressam retinet. Immensitas autem creaturarum magis ad essentiam, decor vero creaturarum magis pertinet ad formam. Essentia vero absque forma considerata informitas est. Quod autem informe est, in hoc quidem quod est, Deo simile est; sed in hoc quod forma caret, a Deo dissidet. Quod ergo formatum est, magis Deo simile est, quam id quod formam non habet. Unde constat quod plus evidens simulacrum est decor creaturarum, qui pertinet ad formam, quam immensitas creaturarum, quae ad solam spectat essentiam. Item decor creaturarum propter formam naturalem pertinet ad habitum, utilitas vero ad actum; quia in hoc creaturae utiles sunt, quod subjectae homini serviunt et obsequium reddunt.
- 824b Quod ad habitum pertinet, magis proprium est et magis certum quam id quod pertinet ad actum, quia habitum natura indidit, actum vero institutio adjunxit. Simulacrum ergo decoris immensitatem pariter et utilitatem in cognitione praecedit, et propterea in cognitione prius est, quia in manifestatione est evidentius. In hoc igitur simulacro primum vestigium contemplationis ponere debemus, ut, dum primum inquisitionis ingressum recte tenuerimus, ipso quem quaerimus duce pede inoffenso ad reliqua procedamus.

- Pulchre autem in inquirenda sapientia ab ipso sapientiae simulacro inquisitionis exordium sumitur, quia per sapientiam suam Pater manifestatur, non solum quando sapientiam suam in carnem misit, sed
- 824c tunc quoque quando per sapientiam suam mundum creavit. Decor creaturarum quem simulacrum sapientiae Dei esse diximus, quatuor complectitur, situm, motum, speciem, qualitatem. Sed in his quatuor motum excellentiorem locum habere dubium non est, quia viciniora vitae sunt mobilia, quam ea quae moveri non possunt. Motus autem quadripartitus est, localis, naturalis, animalis, rationalis. Sed motus

Za znázornění neviditelných [Božích vlastností] lze pokládat samy viditelné [vlastnosti stvoření]: znázorněním neviditelné moci je nezměrnost stvoření, znázorněním neviditelné moudrosti je krása stvoření, znázorněním neviditelné dobrotivosti je užitečnost stvoření. Čím více se každé stvoření blíží podobě tvůrce, tím zřetelněji svého tvůrce naznačuje. Svůj neviditelný vzor musí tedy napřed ukázat to viditelné znázornění, které v sobě obraz božské podoby uchovává nejdokonaleji vyjádřen. Nezměrnost stvoření se přitom vztahuje spíše k bytnosti, krása stvoření spíše k formě. Bytnost, představíme-li si ji bez formy, je ovšem neformnost. Co je neformné, podobá se Bohu bytím, tím, že postrádá formu, se však od něho liší. Co je zformované, podobá se tak Bohu více než to, co formu nemá. Z toho je jasné, že zřetelnějším znázorněním [tvůrce] je krása stvoření vztahující se k formě než nezměrnost stvoření vykáající se pouze bytnosti. Krása stvoření se pro svou souvislost s přirozenou formou dále vztahuje k habitu, kdežto užitečnost k aktu, neboť stvoření je užitečné v tom, že je poddáno člověku, slouží mu a poslouchá ho. Co se však vztahuje k habitu, je vlastnější a jistější než to, co se vztahuje k aktu, neboť habitus vložila příroda, zatímco akt byl připojen ustanovením.⁶⁵ Znázornění [tvůrce], jímž je krása, tak v našem poznání předchází jak nezměrnosti, tak i užitečnosti: je v našem poznání první, neboť je svým zjevováním zřetelnější. Od tohoto znázornění tedy musíme začít svou cestu kontemplace a správně držet směr svého zkoumání, abychom bez úhony postoupili k ostatnímu pod vedením toho, jež hledáme.

7. Racionální pohyb jako cesta k jedinému tvůrci

7.1 Existuje věčný tvůrce Znázornění moudrosti je krásným začátkem našeho zkoumání, v němž hledáme moudrost, neboť Otec se zjevil skrze svou moudrost, nejen když ji poslal do těla, ale také když skrze ni stvořil svět. Krása stvoření, o níž jsme řekli, že je podoběním Boží moudrosti, zahrnuje čtveré: výstavbu, pohyb, vzhled a jakost. Není pochyb, že mezi těmito čtyřmi zaujímá zvlášť význačné místo pohyb, neboť pohyblivé je bližší životu než to, co se nemůže hýbat. Pohyb je ovšem čtverý: místní, přirozený, živočišný a racionální. Přirozený pohyb však převyšuje místní, neboť je nejen

naturalis localem motum superat, quia in naturali motu non solum imago vitæ exprimitur, sed ipsa quodammodo vita inchoatur. Rursus animalis motus tantum naturali præcellit, quantum insensibili id quod sentit. Postremo rationalis cunctis superponitur, quia in eo non solum
824d sensus ad animandum, sed ratio quoque ad intelligendum movetur. Hoc simulacro nullum in creaturis esse potest evidentius, quia invisibilem sapientiam ostendit cunctis manifestius id quod sapit.

(XVII) Primum ergo est ac principale increatæ sapientiæ simulacrum sapientia creata, id est rationalis creatura quæ, quia secundum aliquid visibilis est, secundum aliquid invisibilis, janua contemplationis facta est pariter et via. In quantum visibilis, est janua; in quantum invisibilis, est via. Janua est, quia ingredienti ad contemplationem animo primum aditum pandit. Via est, quia currentem in contemplationem ad finem animum perducit. Janua est, quia quodammodo invisibilia visibiliter ostendit. Via est, quia de visibilibus
825a per invisibilia euntes usque ad visibilibus pariter et invisibilibus Creatorem videndum perducit. Hoc in semetipso potest agnoscere homo. Nemo enim est sane sapiens, qui se esse non videat. Et tamen homo si vere quod ipse est attendere cœperit, omnium quæ in se vel videntur, vel videri possunt, nihil se esse intelligit. Illud namque quod in nobis rationis capax est, quamvis, ut ita dicam, infusum et commistum carni sit, ipsum tamen se a substantia carnis propria ratione secernit et alienum esse intelligit. Cur ergo homo invisibilia esse dubitet, qui id ipsum quod vere homo est, de cuius existentia nequaquam dubitat, invisibile esse videt.

Janua ergo contemplationis homini aperitur, quando ipse sua se
825b ratione ducente ad se cognoscendum ingreditur. Ingresso autem via usque ad finem currenda restat, ut scilicet quisque ex consideratione propria ad agnitionem Creatoris sui perveniat. Illud namque in nobis quod carnis non habet essentiam, a carne non potest habere materiam; sed sicut diversum est a carne, ita alienum se sentit a carnis origine. Initium tamen se habere in hoc verissime agnoscit, quod cum se intelligat esse, semper se fuisse non meminit, cum tamen nesciens intellectus esse non possit. Si ergo intellectus esse non potest, nisi intelligens, restat ut quem non semper intellexisse cognoscimus, non semper fuisse, ac per hoc aliquando cœpisse creda-

obrazem života, ale jakoby i jeho počátkem. Živočišný pohyb zase předčí přirozený právě tak, jako předčí smyslová bytost to, co smysly nemá. Konečně racionální pohyb je nadřazen všem ostatním, neboť se v něm hýbe nejen smyslovost, která oživuje, ale také rozum, který nahlíží. Nad toto zpodobení nemůže být ve stvoření zřetelnějšího, neboť bytost, která je moudrá, ukazuje neviditelnou moudrost zřetelněji než ostatní.⁶⁶

(XVII) Prvním a nejdůležitějším zpodoběním nestvořené moudrosti⁶⁷ je tedy stvořená moudrost, tj. rozumné stvoření. Protože je v jistém ohledu viditelná a v jistém ohledu neviditelná, je branou a zároveň cestou kontemplace. Nakolik je viditelná, je branou, nakolik neviditelná, cestou. Je branou, neboť duchu začínajícímu s kontemplací otvírá první přístup, je cestou, neboť ducha, který v kontemplaci pokračuje, přivádí k cíli. Je branou, neboť jakýmsi způsobem neviditelné ukazuje viditelně, je cestou, neboť ty, kdo postupují od viditelného skrze neviditelné, přivádí až k vidění tvůrce viditelných i neviditelných věcí. To může člověk poznat sám v sobě: neboť nikdo, kdo správně uvažuje, nemůže nevidět, že sám je.⁶⁸ A přece když si člověk začne opravdu všímat, co sám je, nahlíží, že není nic z toho, co v sobě vidí či může vidět. Neboť to v nás, co je schopno racionality, ačkoli je takřkajíc vlito do těla a smřšeno s ním, přece se samo svým rozumem odlišuje od substance těla a nahlíží, že je [vůči tělu] cizorodé. Proč by tedy člověk pochyboval, že jsou neviditelné věci, když vidí,⁶⁹ že neviditelné je samo to, co opravdu je člověk, o jehož existenci nijak nepochybuje?

Brána kontemplace se tedy člověku otvírá, když pod vedením svého rozumu začne poznávat sám sebe. Když vstoupil, zbývá mu však projít cestu až do konce, totiž pokročit od vlastního myšlení k poznání svého tvůrce. To v nás, co nemá bytnost těla, nemůže mít od těla svou látku. Ale jako je odlišné od těla, pociťuje svou cizorodost i vůči původu těla. Přesto ovšem zcela pravdivě poznává, že samo má počátek, neboť když nahlíží, že je, nevzpomíná si, že by bylo vždy, ačkoli intelekt nemůže být nevědomý. Jestliže tedy intelekt nemůže být, pokud nenahlíží, pak pokud poznáváme, že intelekt vždycky nenahlížel, nezbyvá, než abychom věřili, že vždycky nebyl, a tedy někdy začal. Jak jsme však již řekli, co má duchovní

mus. Sed, sicut jam dictum est, quod spiritalem habet essentiam, non potest originem habere corpoream, quia quidquid ex materia præ-
825c jacente traducitur, corporeum esse comprobatur. Si igitur invisibile nostrum initium habuerit, superest ut non de præjacenti materia, sed de nihilo factum sit.

Quod autem nihil est, esse sibi dare non potest: et idcirco quidquid initium habuerit, dubium non est quin ab alio esse acceperit. Quod autem a semetipso non est, esse aliis dare non potest. Igitur quisquis ille est qui rebus esse contulit, ab alio esse non accepit. Quod inde quoque liquido comprobatur, quia, si quidquid est, creaturam esse credimus, nullum in rebus finem invenimus. Nostra ergo nos natura instruit quod Creatorem habemus æternum, cui suum et proprium est quod subsistit; quia si ab alio esse accepisset, prima rerum origo veraciter dici non posset. Si enim aliquando non erat,
825d a seipso initium non habuit, sed nec primus dici potest, si ab alio esse accepit. Igitur, si Creator est, semper fuit.

Item quod a semetipso est, non esse non potest. Quidquid enim a semetipso est, huic idem est esse et id quod est, et constat, quia nulla res a semetipsa dividi aut separari potest. Cui igitur idem est esse et id quod est, necessario semper est; quia a semetipso separari nihil potest. Si igitur quidquid a semetipso est, huic idem est esse et id quod est, qui aliunde esse non accepit, sequitur necessario ut semper sit, utque aliunde auferri non possit, quod aliunde datum non sit. Necesse est ergo ut quem Creatorem credimus, hunc nec prin-
826a cipium, nec finem habere posse confiteamur. Principium enim non habet quod semper fuit; nec finem, quod nunquam desinit. Neque ergo æternus præter solum Creatorem est, neque Creator nisi æternus esse potest.

(XVIII) Hanc cognitionem in rationali motu invenimus, quod scilicet Creatorem æternum habemus, qui principio caret, quia semper fuit; finem non patitur, quia semper erit. Huic autem cognitioni cæteri quoque motus attestantur: hoc est animalis, naturalis, localis.

In animali namque motu sunt sensus et appetitus. Omnis autem naturalis appetitus in rebus explementum invenit, neque aliquis est
826b ordinatus affectus, quem suos effectus consequi non possit. Verbi

bytnost, nemůže mít tělesný původ, neboť co pochází z předem dané látky, je zřetelně tělesné. Jestliže tedy to, co je v nás neviditelné, mělo počátek, pak nezbyvá, než že to nebylo vytvořeno z předem dané látky, ale z ničeho.⁷⁰

Co však nic není, nemůže samo sobě dát bytí, a proto co mělo počátek, dostalo nepochybně své bytí od něčeho jiného. A co nemá původ samo v sobě, nemůže dát bytí druhým. Ať je to tedy kdokoli, kdo věcem daroval bytí, jistě sám nepřijal bytí od jiného. Jasně to lze doložit následovně: pokud totiž věříme, že všechno, co je, je stvoření, nenajdeme ve věcech žádný konec.⁷¹ Sama naše přirozenost nás tedy učí, že máme věčného tvůrce, jemuž je vlastní, že existuje, protože kdyby byl přijal bytí od jiného, nemohl by být po právu nazván prvním počátkem věcí. Pokud tedy někdy nebyl, pak neměl počátek sám v sobě a ani nemůže být nazván prvním, pokud přijal bytí od jiného. Jestliže je tedy tvůrce, byl vždy.

Co má ovšem počátek samo v sobě, nemůže nebýt. Neboť co má počátek samo v sobě, pro to je totéž „být“ i „to, co je“,⁷² a je jasné, že žádná věc se nemůže oddělit ani odloučit sama od sebe. Pro co je tedy „být“ totéž jako „to, co je“, to je nutně vždy, neboť samo od sebe se nic nemůže oddělit. Jestliže tedy pro cokoli, co má počátek samo v sobě, je totéž „být“ i „to, co je“, pak z toho nutně vyplývá, že ten, kdo nepřijal bytí odjinud, je vždy a také že nemůže být odjinud zrušeno, co nebylo odjinud dáno. O kom tedy věříme, že je tvůrce, o tom musíme také nutně vyznávat, že nemůže mít počátek ani konec. Nemá totiž počátek, co bylo vždy, ani nemá konec, co nikdy nepřestává. A nikdo není věčný než sám tvůrce, ani nemůže být nikdo tvůrcem, kdo není věčný.⁷³

7.2 Tvůrce je prozřetelný a jeden – svědectví ostatních pohybů (XVIII) Racionálním pohybem jsme tedy dospěli k poznání, že máme věčného tvůrce, který je bez počátku, neboť byl vždy, a který nepodléhá konci, neboť vždy bude. Toto poznání však dosvědčují i ostatní pohyby, totiž živočišný, přirozený a místní.⁷⁴

Živočišný pohyb zahrnuje smysly a pudy. Každý přirozený pud dochází ukojení a není žádné hnutí odpovídající řádu věcí, které by nemohlo dosáhnout svého cíle. Kupříkladu když mají živé bytosti

gratia: Esuriunt animantia, inveniunt quod comedant; sitiunt, inveniunt quod bibant; algent, inveniunt quo calefiant. Constat ergo, quod providentia præcessit, cujus consilio hoc tunc cautum est, ne quod nunc indigentis rerum necessarium præsidium desit. Qui enim appetitus instituit, ipse appetitibus alimenta præparavit. Neque ullo modo fieri posset, si rerum eventus fortuiti essent, ut sic per omnia cunctis affectibus sui effectus responderent.

Idem motus naturalis probat. Sicut enim impossibile est, ut per se aliquid de nihilo fiat, sic omnino impossibile est, ut per se aliquid augmentum accipiat; hoc est quod sibi ipsi dare non potest initium, sibi ipsi dare non potest incrementum. Quidquid enim crescenti in
826c augmentum venerit, præter id esse comprobatur, quod per se prius solum sine incremento fuit. Si ergo nil crescere potest nisi addatur ei quod prius non habuerit, patet quod nulla res crescens per se incrementum sumit. Qui ergo crescentibus dat crementum, ipse non existentibus dedit initium.

Idem motus localis probat. Quasdam namque creaturas perpetuo motu agitari cernimus, quasdam vero secundum tempus moveri videmus; et alias sic atque alias sic. Et licet ita dissimiliter res moveantur, nusquam tamen ordo rerum confunditur. Unde non est dubium quin intus sit dispositio præsentis, qui certa lege cuncta moderatur.

Qua ratione ergo negamus providentiam, si omnis naturalis appetitus naturaliter sibi præparatam invenit alimoniam, neque unquam omnino hoc fieri contingat, ut quod in uno natura appetit, in
826d altero natura non habeat? Similiter cum motus et incrementum ita varie et dissimiliter foris currentia nunquam tamen confundant ordinem, quomodo negare possumus intus esse dispositionem? Dubitari igitur non potest quin invisibilis intus rector præsideat, qui rerum omnium eventus et providentia sua prævenit et sapientia disponit. (XIX) Unus inquam. Nam et hoc quoque natura ipsa docet: unum scilicet esse rerum omnium opificem, unum esse rectorem. Nam si diversa intus consilia præsentium essent, ipsi se foris rerum cursus ab invicem aliquando dividerent. Nunc autem omnia dum sic concorditer ad unum finem currunt, profecto indicant, quod unus est
827a fons et origo unde procedunt.

hlad, najdou něco k snědku, když pocítí žízeň, najdou, co by pily, když je jim zima, najdou, čím se zahřát. Z toho je zřejmé, že věcem předcházela prozřetelnost, jejíž úrdek se již tehdy postaral, aby nynějším potřebám nechyběla nezbytná pomoc. Kdo utvořil pudy, také jim sám připravil potravu. Kdyby byly osudy věcí nahodilé, nebylo by v žádném případě možné, aby veškerá hnutí nacházela odpovídající naplnění.⁷⁵

Totéž dokazuje i přirozený pohyb. Právě tak jako není možné, aby něco samo od sebe vzniklo z ničeho, tak je i zcela nemožné, aby něco samo od sebe rostlo. Co si samo nemůže dát počátek, nemůže si samo dát ani růst. Ať je to již cokoli, oč se rostoucí zvětšuje, je jasné, že to je odlišné od rostoucího, které bylo zprvu bez svého přídávku. Jestliže tedy nic nemůže růst, aniž by se k němu připojilo něco, co k němu dříve nepatřilo, pak je jasné, že žádná rostoucí věc neroste sama od sebe. Kdo tedy dává růst tomu, co roste, dal také počátek tomu, co dříve neexistovalo.

Totéž dokazuje i místní pohyb. Pozorujeme totiž, že některé stvořené bytosti se pohybují ustavičně, jiné vidíme v pohybu jen po určitý čas, a každá se přitom pohybuje jinak. A ačkoli se věci pohybují tak nestejně, přece se jejich řád nikdy nezmate. Proto není pochyb o tom, že v sobě mají dispozici pořadatele, který všechno usměrňuje podle bezpečného zákona.

Proč bychom tedy popírali prozřetelnost, jestliže každý přirozený pud⁷⁶ přirozeně nachází nachystanou potravu a nikdy se nestává, aby příroda to, co v jednom místě žádá, sama neměla na druhém? Podobně, jak bychom mohli popírat, že pohyb a růst mají uvnitř jakousi dispozici, když navenek probíhají tak různorodě a nestejně, a přece nikdy nezmatou svůj řád? Není tedy pochyb, že je uvnitř řídí neviditelný vládce, který osudy všech věcí předchází svou prozřetelností a pořádá svou moudrostí. (XIX) Ovšem jen jeden. I tomu nás totiž učí sama příroda: že je pouze jediný tvůrce všech věcí a jen jediný vládce. Kdyby v sobě věci měly různé dispozice více pořadatelů, jejich vnější dráhy by se občas rozdělily. Pokud ale všechny věci tak svorně směřují k jedinému cíli, zřetelně naznačují, že je pouze jediný pramen a zdroj, odkud pocházejí.⁷⁷

Sed quia unum diversis modis accipitur, considerandum est quomodo Creator rerum unus esse dicatur. Nam est unum collectione, et unum compositione, et unum similitudine, et unum essentia, et unum identitate. Unum collectione est quemadmodum cum gregem dicimus unum, in quo multa sunt animalia. Unum compositione quemadmodum cum corpus unum dicimus, in quo multa sunt membra. Unum similitudine quemadmodum cum vocem unam dicimus, quæ a multis est prolata. Sed horum omnium nihil vere unum est. Secundum aliquem tamen respectum unum dicta sunt, quia quodammodo ad unitatem accedunt.

- 827b Fas ergo non est, ut existimemus Creatorem rerum aut collectione diversorum, aut compositione partium, aut similitudine plurium unum esse, cum illud etiam quod in nobis rationale est, horum omnium in semetipso nihil possit invenire. Illud enim nostrum quod partium multitudine compositum cernitur, non rationale sed rationali conjunctum esse ipsa nostra ratione comprobatur. Si ergo nostrum rationale vere unum est, quanto magis Creator ejus vere unus esse credendus est? Vere autem unum est, quod essentialiter unum est, cui totum est unum esse et simplex esse quod est. Quidquid igitur vere unum est, simplex est et in partes omnino aliquas separari non potest, et ideo sectionem partium non admittit,
- 827c quia partium compositionem non recipit. Creatori igitur rerum ideo unum est esse quod est, quia totum unum et simplex est esse quod est.

Sed adhuc considerare nos oportet quod quædam res inveniuntur, quæ vere unum sunt, et tamen summe unum non sunt, sicut animæ quæ unum sunt essentialiter, sed unum non sunt invariabiliter. Quod autem vere et summe unum est, essentialiter et invariabiliter unum est. Restat ergo, ut si Deum vere unum esse credimus, utrumne etiam summe unus dici possit, inquiramus. Quod tunc veraciter ostendimus, si eum omnino invariablem esse comprobamus.

- Sed quia scire non possumus quomodo Deus invariabilis sit, nisi prius agnoscamus quot modis res quælibet variari possit, primum nos oportet omnes mutabilitatis modos describere ac deinde per singula qualiter a Deo removeantur ostendere. Tribus modis fit omnis mutabilitas, loco, forma et tempore.
- 827d

7.3 V jakém smyslu je tvůrce jeden Protože však „jedno“ může být chápáno různým způsobem, uvažme, v jakém smyslu se o tvůrci [všech] věci říká, že je jeden. Věci totiž mohou být „jedno“ shromážděním, spojením, podobou, bytností nebo totožností.⁷⁸ „Jedno“ shromážděním míníme, když mluvíme o jednom stádu, v němž je mnoho zvířat. „Jedno“ spojením míníme, když mluvíme o jednom těle, v němž je mnoho údů. „Jedno“ podobou míníme, když mluvíme o jednom hlase vycházejícím z mnoha [hrdel]. Nic z toho však není skutečně jedno. V jistém ohledu se však říká, že i tyto věci jsou jedno, neboť se jakýmsi způsobem jednotě blíží.

Není ovšem namístě si představovat, že tvůrce [všech] věcí je jeden jako shromáždění různých [prvků], jako spojení částí nebo jako podoba více věcí. Vždyť ani naše vlastní racionalita v sobě nic z toho nemůže nalézt. Sám náš rozum potvrzuje, že to v nás, co rozpoznáváme jako spojení mnoha částí, není racionální, ale k racionálnímu připojené. Jestliže je tedy naše racionalita opravdu jedna, tím spíše je namístě věřit, že její tvůrce je opravdu jeden. Opravdu jedno je však to, co je jedno bytostně, pro něž platí, že celé bytí, jímž je, je jedno a jednoduché. Co je tedy opravdu jedno, je také jednoduché a nijak nemůže být rozděleno do nějakých částí; nepřipouští dělení částí, protože není z částí složeno. Pro tvůrce [všech] věcí tedy platí, že bytí, jímž je, je jedno,⁷⁹ neboť celé bytí, jímž je, je jedno a jednoduché.

Musíme si však ještě uvědomit, že se vyskytují také věci, které jsou opravdu jedno, a přece nejsou svrchovaně jedno, jako duše, které jsou sice jedno bytostně, ale nejsou jedno neproměnně. Co je však opravdu a svrchovaně jedno, je jedno bytostně a neproměnně. Jestliže tedy věříme, že Bůh je opravdu jeden, zbývá vyzkoumat, zda lze říci, že je také svrchovaně jeden. Spolehlivě to ukážeme, pokud se potvrdí, že je zcela neproměnný.

7.4 Tvůrce je svrchovaně jeden, neboť je neproměnný Nemůžeme však vědět, v jakém smyslu je Bůh neproměnný, pokud dříve nepoznáme, kolika způsoby se každá věc může měnit. Proto je napřed zapotřebí popsat všechny druhy proměnlivosti a potom u každého z nich ukázat, proč je Bohu vzdálený. Proměnlivost je trojího druhu: v místě, ve formě a v čase.⁸⁰